



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc Paderbornensivm Tvtelaris Divi

[S.l.], [ca. 1650]

Capvt XV. Mulier Morbida asseritur. Alia horrendorum hospita spirituum
infelictor ope huius Diuis expeditur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45568

ternum eius affectum indicarent, nec iam præ lassitudine sequi longius posset, tandem à poenâ secum genita relaxatus, eo primum die cœpit & audiri loquens, & loquentes audire.

CAPVT XV.

Mulier Morbida asseritur. Alia horrendorum hospita spirituum infelicioꝝ ope huius Diui expeditur.

*Templum
S. Medardi.*

*X. Mira-
culum.*

IN DE cœpto itinere properantes, cum ad Ecclesiam quandam, S. Medardi memoria celebrem, propinquarent, ibi in via quædam mulier à longa infirmitate curata est, quam per omne tempus vitæ suæ prius tolerasse ferebatur. De qua id quamuis incredibile, multorum tamen relatione asseriebatur, quod nullum alimenti genus vnquam gustare potuerit: sed cochlearū more, suo victitans succo,

co, noxio tantum aleretur humore. Quod nequaquam affirmantes, id tantum dicimus, quod verum nouimus, eam ad S. Liborij patrocinium, & venisse languidam, & redisse incolumem. Hinc ad Basilicam Symphorij ibidem recepti sunt hospicio, vbi noctem illam splendor pietatis diuinæ clarè fecit illucescere.

Fortè Symphoriani.

Nam foemina quædam, diu malignorum spirituum se vexantium, miserabile receptaculum facta, ad sæpe memorati Confessoris implorandum pro ea suffragium, in ecclesiam adducta est. Finitis verò matutinis ex more vigilijs, cum facto iam silentio plebs egressura esset, cœpit subito horrorem dire vocis emittere, vlulare, mugire, sibilare, ac per omnia beluinos imitari sonos: vt nisi præsens videretur, nihil minùs quàm mulier putaretur. Terrore cuncti, qui aderant, simul & miseratione permoti, teneri eam,

IX. Miraculum.

E s & ad

& ad Sanctorum feretrum propitijs inuitam trahi fecerunt. Deinde unanimis pro illa preces fundentes, citò exaudiri meruerunt. Denique statim à dæmonum violentiâ liberata, sobria mente ac voce gratias ac laudes Deo referens, euntes eos inde diu cum populo sequebatur.

CAPVT XVI.

Contractus miserè, sanatur mirè. Ad mortem Energumenus, integrè liberatur.

*S. Sulpitij
Cænobium.*

*XII. Mi-
raculum.*

EXINDE festinato cursu monasterio sancti Sulpitij appropinquantes, vident eminus adduci mendicum quendam in vehiculo, qui miserabiliter toto penè contractus corpore fuit. Nam & pollices vtriusque manus erant in medium palmæ incuruati, & reliqui digiti supra ipsos pollices extensi, ita eos stringebant,

VT VN.